



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

117. An minister laicus possit spoliare Clericum armis prohibitis? Et an iudex laicus possit spoliare Clericum exercentem venationem, aut piscationem prohibitam, auibus, vel canibus, aut aliis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

moncantur Magistratus & quomodolibet se interponentes circa capturam Clericorum, nisi hoc factum cum expressa licentia Sedis apostolicæ: & cum natura exceptionis sit firmare regulam in omnibus aliis casibus non exceptis; ergo capientes Clericos sine tali expressa licentia, supradicta censura inuoluntur, Et dictam licentiam accedere dicas, quando fit cum licentia proprij Prælati, vt idein Megala docet.

2. Sed his non obstantibus, multi Doctores contrariam sententiam probant, vt Belletus in *disquis. cler. part. 1. tit. 2. §. 2. num. 37. & tit. 3. §. 11. num. 1.* Genuenfis in *praxi, cap. 27. num. 8.* Bobadilla in *polit. lib. 2. cap. 18. num. 50.* Et ex Theologis docet hoc etiam Soufa in *Bulla Cæn. cap. 16. disp. 82. num. 9.* vbi sic ait: [Non condemnarem comprehendentem Ecclesiasticum noctu cum armis prohibitis, & præsertim mutato habitu; ed quod Iudex in tali casu vtilitatis, ac tranquillitati Reipublicæ consulit: plus enim potest Respublica, quam quælibet particularis persona: cum ergo particularis persona possit in flagranti delicto defendere innocentem, potest illud idem & Respublica, etiam præuidendo, & anticipando tumultus, & occasiones, quibus ipsa perturbari potest.] Ita Soufa, & ex eademem Dominicanorum familia Pater Ioan. de la Cruz in *direct. conscient. p. 1. præcept. 8. q. 3. art. 1. dub. 3. concl. 3.* vbi sic asserit: [Iudex secularis iure defensionis suæ, aut alterius innocentis, licite comprehendit Clericum, non solum in actuali aggressionem, & crimine patrando, præueniendo illud; sed etiam in crimine patrato, ne fugiat, vt præsentetur suo Superiori; dum non excedat in hoc, impingendo pugnum nolenti se capi, & duci quiete, aut offerenti fideiussionem præsentandi se suo Prælato, nisi inhumanitas delicti, aut alia iusta causa petat illum debere capi.] Sic ille. Idem etiam docet Bañez in *2. 2. q. 67. art. 1. dub. 2. concl. 5.* & Lorca in *part. 2. tom. 2. tr. de legib. disp. 25. membr. 4.* Aduerte tamen cum Megala, vbi supra num. 10. qui tandem probabilem vocat sententiam huius, & superioris resolutionis, non posse Iudices laicos detinere Clericum, in suis carceribus vltra spatium viginti horarum.

3. At his non obstantibus, Campanili in *diners. iur. rub. 4. num. 27.* non admittit hoc spatium viginti horarum; sed putat, statim Clericum recto tramite ad Iudicem Ecclesiasticum deducendum esse. Et fufius probat hanc sententiam nouissimè Barbosa in *suis collect. tom. 1. lib. 3. tit. 1. cap. 2. num. 7.* vbi docet, Iudicem laicum in excommunicationem incurrere, si cum possit, in continenti non tradat Clericum Iudici Ecclesiastico.

RESOL. CXVI.

An minister laicalis possit spoliare Clericum armis prohibitis, & priuare absque metu excommunicationis, & maxime tempore noctis?
Et an compelli possit à iudice Ecclesiastico arma illa restituere?
Et an Clericus ferens arma possit resistere cum armis birruario volenti eum capere?
Et an Clericus exercens prohibitam venationem, vel piscationem possit spoliari à iudice seculari, vel suis ministris aibus, vel canibus, vel aliis instrumentis? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 10. aliàs 9.

Affirmatiuam sententiam docet Couarruias in *pract. 99. cap. 3. nu. 7.* Azenedus *tom. 1. lib. 1. tit. 3. leg. 9. n. 3.* Borellus de *pract. Reg. Camb. cap. 71.*

n. 45. Duenn. *Reg. 15. Plaza de delictis, l. 1. c. 8. n. 9.* Ant. Gomez in *leg. 45. Tau. n. 48.* Iul. Clar. in *pract. crim. q. 36. n. 16. & q. 82. stat. 6. n. 1.* Cenedo in *collect. iur. can. p. 1. collect. 38. num. 17.* Morla in *empor. iur. part. 1. tit. 1. q. 16. num. 17.* Bobadill. in *Polit. t. 1. lib. 2. cap. 18. n. 71.* Ludouicus Mexia in *prag. taxa panis, conf. 5. num. 38.* Io. Heuia in *Caria Philippica, part. 3. §. 3. num. 9.* Vbi asserunt, Clericum arma prohibita portantem, à ministris laicæ iurisdictionis armis his exponari posse, & priuari, absque metu excommunicationis, & maxime tempore noctis, vt vult Ceuallos *tract. de cogit. per viam violentia, part. 2. q. 54. num. 17.* Nec compelli posse à Iudice Ecclesiastico arma illa restituere, cum ita se habeat consuetudo, & tacita Ecclesiasticorum petmissio.

2. Sed, quod magis miror, non desunt præstantissimi Theologi, qui hanc sententiam defendunt, vt Rodriguez in *summ. tom. 2. cap. 2. 37. num. 13.* Ioan. de la Cruz in *direct. conscient. part. 1. præcept. 8. q. 3. art. 1. dub. 1. concl. 3.* Bañez in *2. 2. q. 67. art. 1. dub. 2. conclus. 5.* Graffius in *decis. part. 1. lib. 4. cap. 18. num. 158.* Coniolanus in *Bull. Cæn. excomm. 20. fol. mibi 956.* Ortiz in *summ. cap. 4. num. 9. & cap. 7. num. 1.* Petrus Lorca in *part. 2. tom. 2. tr. de legib. disp. 25. membr. 4. fol. mibi 486.* & Valquez etiam in *part. 2. tom. 2. disp. 167. cap. 4. n. 31.* qui duo vltimi asserunt, in tali casu ministros regios, auferendo arma Clericis, non inducere penam legis, sed efficere, vt lex seruetur, & impedit transgressionem legis. At falluntur viri docti: nam vt bene obseruat contra Valquez, Salas de *legib. quæst. 96. tract. 14. disp. 14. sect. 9. num. 106.* non spectat ad Iudices seculares, propria autoritate efficere, vt leges ciuiles à Clericis obseruentur, cum nullam in eos iurisdictionem habeant. Idèd puto omninò dicendum, minime posse ministros laicalis iurisdictionis, Clericos armis prohibitis spoliare: quia Clerici ad obseruanda statuta laicorum sunt cogendi per Iudicem Ecclesiasticum; vnde non poterunt per laicum armis spoliari: tantum ad obuiandum delictum, poterunt duci ad Episcopum, vt inferius dicendum est; & in Episcopi potestate erit dispensare de armis. Et ita docent Doctores, quos citat, & sequitur Barbosa in *suis coll. tom. 1. lib. 3. tit. 1. cap. 2. num. 6. & tom. 2. lib. 5. tit. 39. cap. 25. num. 4.* quibus ego addo Madium *tract. de sacris Ordinib. cap. 14. num. 21.* Bonacinam de *legibus disp. 10 q. 2. punct. 1. §. 1. num. 2.* Duardum in *Bull. Cæn. lib. 2. can. 11. quæst. 11. num. 91.* Belletum in *disquis. cler. p. 1. tit. 2. §. 2. num. 38.* Martham de *iur. part. 4. cent. 1. cas. 7. num. 20.* Megalam in *3. part. lib. 3. cap. 11. num. 20.* Genuensem in *praxi, cap. 74. num. 6.* & Riccium *part. 3. decis. 299. per totam,* vbi quærit an Clericus ferens arma possit resistere cum armis birruario laico, volenti eum capere, & respondet affirmatiuè.

3. Ex his sequitur, esse reiciendos, Villalobos in *summa tom. 2. tract. 10. difficul. 16. num. 2.* Ledesinam in *summa 10. 2. tract. 8. cap. 9. conclus. 33.* Salsedum *ad Diaz. cap. 68.* Morlam in *empor. iur. part. 1. tit. 1. q. 16. & seq.* Cened. in *collect. iur. part. 1. collect. 37. num. 19.* asserentes, Clericum exercentem prohibitam venationem, vel piscationem, posse spoliari à Iudice seculari, vel suis ministris, aibus, vel canibus, vel aliis instrumentis. Vide etiam, circa præsentem quæstionem, Anguianum *tract. de leg. lib. 2. contr. 15. num. 31.* qui ex parte nobiscum sentit, asserens nullo pacto esse sustinendam sententiam illorum DD. asserentium, arma Clericorum posse per seculares Iudices capientibus adiudicari.

RESOL. CXVII.

An minister laicus possit spoliare Clericū armis prohibitis? Et

verf. pñede. & infra late in tribus Ref. hanc sequentib.

Sup. hoc in Ref. 1. noc. præterite, & in eodem §. & verif. & id sine huius Ref.

Sup. hoc in Ref. in Ref. tot. §. 1. verif. Y. Io. melfino. & infra in Ref. seq. §. Vide:

Sup. hoc in principio huius Ref. & in aliis eius primæ not.

Sup. hoc in Ref. præterite, & in eius not.

Sup. hoc, & seq. in hac Ref. supra in Ref. tit. 8. tit. post medium, & in Ref. 119. & in com. 7. tit. Ref. 19. & ad com. ante medium, & verif. Et qui- dem.

Sup. hoc in Ref. §. 1. in tit. 3. leg. 9. n. 3.

IN MATI
TIBOU
O. X. N.
E. III

Et an index laicus possit spoliare Clericum exercentem venationem, aut piscationem prohibitam, aubus, vel canibus, aut aliis instrumentis

Et an minister laicalis possit tollere à Clericis vestes prohibitas deferentibus ex aliqua Pragmatica Regis, vel auferre annonam à Clericis

Et an index Ecclesiasticus teneatur punire Clericos pœnis statutis à lege laicorum? Ex part. 3. tract. 1. Ref. 28.

Sup. hoc in Ref. præterita & in Ref. seq. §. 1. & in Ref. 1. post. seq. & supra in Ref. 101. §. 1. cursum in principio. verif. Puede.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docent Naldus in *summa ver. Clericus, num. 23. Caballus centur. 1. cas. 9. num. 13. Ignatius Saldedo in tract. crim. cap. 66. §. quamuis ab hac opinione. Villadiego in polit. §. 20. n. 66. vide etiam Peguera decif. §. 6. num. 14. 15. & 17. Afflicti. in pralud. const. Neapol. q. 7. num. 2. Pereira tr. de manu Regia in Concordatis Ioannis 1. art. 15. num. 118. & alios quos citauit in tr. 1. part. 1. de immun. resol. 9. & citat doctus Rodericus Acugna Archiepiscopus Bracharensis in commen. ad Decretum Gratiani part. 1. disp. 31. cap. 8. num. 2.*

2. Sed ibi meritò contrariam sententiam tenui, & nunc teneo cum Suarez in *defens. fidei lib. 4. q. 34. n. 14.* etiam si armorum vsus tanquam Reipublicæ perniciosus, ita prohibitus sit, vt neque domi retinere concessum sit, quidquid in hoc cum Valquez dissentiat Layman in *Theol. mor. lib. 4. tract. 9. cap. 4. num. 7.* & ratio est, quia armorum spoliatio, & amissio violentiam continet, & rationem pœnæ habet, quam secularis iudex propria autoritate, & sine vlla expressa, aut tacita commissione in Clericos exercere non potest. Ergo, &c.

Sup. hoc in Ref. præterita §. vlt. in principio, & in alio verif. eius primæ not.

3. Vnde ex his inferitur contra Ortiz in *summa cap. 4. num. 9. Prosperum Rendellam tr. de pascuis p. 1. cap. 13. Villadiegum in polit. cap. 5. §. 20. num. 84. & 86. Bobadillam vbi supra num. 119. Azevedum recopit. lib. 7. tit. 8. leg. 3. in fine. Ioann. de Heuia in Curia Philippica part. 3. §. 3. num. 11. & alios non posse iudicem laicum spoliare Clericum exercentem venationem, aut piscationem prohibitam aubus, vel canibus, vel aliis instrumentis; & ideo etiam non est audiendus Bobadilla in *polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 121.* vbi, sed male, asserit, posse ministros laicalis iurisdictionis tollere à Clericis vestes prohibitas deferentibus ex aliqua Pragmatica Regis, neque est audiendus Naldus vbi supra, in *summa ver. Clericus, num. 23.* non bene asserens posse ministrum secularem auferre annonam à Clericis; nam hæc omnia habent rationem pœnæ, quam non potest laicus in Clericum exercere; vt ego ipse satis probauit in *ditto tract. 2. p. 1. de immun. Eccl. resol. 15.**

Quæ hic est supra Ref. 100. &c. Et pro contento in hoc §. vlt. ibidem, in eius §. vlt. & in aliis eius not.

4. Nota hic obiter quòd Tamburinus de iure *Abbatum tom. 1. disp. 15. q. 19. num. 30.* docet quòd iudex Ecclesiasticus non tenetur punire Clericos pœnis statutis à lege laicorum, quod etiam notauit Bonacina de legibus q. 2. *disp. 10. punct. 1. §. 1. num. 29.* Ignatius Salzedus in *pract. crim. cap. 56. §. 4. minime*, & nos alibi.

RESOL. CXVIII.

An valida sit lex, qua permittit Magistratibus secularibus, vt arma horis prohibitis Clericis capiant?

Et in tali casu, an index secularis possit damnare Clericum ad pœnam pecuniariam à lege impositam? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 19.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Pereira de manu Regia *part. 2. cap. 43. num. 2.* vbi sic ait: Receptissima est opinio posse legem secularem ita statuere,

& vigore illius posse talia arma capi sine metu excommunicationis, quia omnibus armorum vsus prohibitus est, tam laicis, quam Clericis: vnde fit, quòd cum arma attentò iure Canonico Clericis prohibeantur rectè potest lex ciuilibus adiuvando iuris Canonici prohibitionem pœnas addere. Facit deinde, quia hæc lex lata generaliter ob publicam vtilitatem Clericos illigat. Ita ille.

2. Sed ego hanc sententiam in *part. 1. tract. 2. resol. 9.* satis reprobaui, & ad rationes Pereira respondeo quòd licet lex lata generaliter ob publicam vtilitatem, liget etiam Clericos, hoc tamen intelligendum est vi directiua, non coactiua, ita vt possit priuari autoritate propria armis; nec valet dicere, quòd arma non tolluntur in pœnam transgressionis legis, sed potius ne Clericus prosequatur in legis violationem, nam hæc responsio admittenda foret, vt obseruat Castus Palaus *tom. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 14. §. 6. n. 9.* si Clerico postea redderentur arma, sed ipsa tolluntur & applicantur sisco Regio, vel birruariis: ergo in pœnam delicti commissi: vnde iam puniuntur Clerici à secularibus iudicibus. Et licet arma portare prohibitum sit Clericis à iure Canonico, non tamen ex hoc sequitur posse illos ex hac legis transgressionem à iudice laico puniri, sed ab Ecclesiastico, vnde ad euitanda scandala solent aliqui Episcopi, (quod approbat Bonacina in *Bull. Coen. disp. 1. quest. 16. punct. 5. num. 27.*) dare facultatem birruariis laicis, vt si noctu inueniant Clericos cum armis prohibitis, illos capiant, & ad eos deducant, & sic euitentur scandala, & consulari bono publico, sine tamen diminutione immunitatis Ecclesiasticæ. Nec valet dicere, quòd arma in tali casu cadunt in commissum, nec capiuntur cum aliqua controuersia iudiciali, ergo, &c. Nam respondeo, hæc esse speculationem chimericam, nam, vt supradictum est, semper hoc procedit ex pœna apposta in ipsa lege: sed Clerici non tenentur nisi condemnati à iudice Ecclesiastico ad pœnam impositam à lege, etiam si sit lata in bonum publicum: ergo iniuste armis spoliatur à iudice laico.

Quæ hic est supra Ref. 116. & in Ref. 117. & infra in Ref. seq. & supra in Ref. 101. §. 1. cursum in principio. verif. Puede.

3. Hinc à fortiori explodenda est opinio Redini, quam in puncto iuris veriorem existimat Pereira, asserentis in tali casu iudicem secularem posse damnare Clericum ad pœnam pecuniariam impositam à lege: sed hæc opinio est contra communem, & sacros Canones, vt alibi probatum est; ergo, &c.

Alibi supra in Ref. 100. in fine §. 1. & seq. & in aliis punctis in annot. d. cti §. 2.

RESOL. CXIX.

An Ministris laicalis iurisdictionis liceat auferre Clericis arma prohibita? Ex part. 5. tr. 1. Refol. 4.

§. 1. **D**e hac quæstione egi in *1. part. tract. 2. resol. 9. & part. 3. tract. 1. resol. 28. & part. 4. tract. 1. resol. 19.* sed nouissimè Cutellius ad leg. *Federici cap. 15. not. 17. num. 2.* contra me, negatiuam sententiam docentem, sic loquitur, Non possum eius doctrinam indignari, hominis alioqui considerati, qui cum Regis nostri vassallus sit nullū vsque huc omisit lapidem, quem aduersus Regem non proiecerit, delitescentes opiniones in medium proferens. Ita ille.

Quæ omnia Ref. hic citata sunt proxiime præterita rixæ, & in alio §. & c. veritatem pro-matum annotationum

2. Sed quid effatis, mi Cutellium quid ego sum ex progenie Semei, qui tulit lapides contra David 2. *Reg. 16.* ergo Pater Suarez, Pater Azorius, Pater Castus Palaus, Sebastianus Acofta, Iacobus Sahagun, Valboa de Magroviejo, Augustinus Barbosa, & alij docti Iuriscòsulti, & Theologi Hispani, qui scripserunt contra Tribunal de la fuerza & Regium exequatur, vel alias sententias, tenuerunt in fauorem libertatis Ecclesiasticæ, proiecerunt lapides in Regem? si